



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad
praxim accommodatas

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

Quæstio 6. Interrogatus de Sacerdotio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40873

QUÆSTIO V. *Restrictio, æquivocatio
in fide.*

AN Catholicus de fide interrogatus possit uti restrictione saltem non purè mentali, quæ oritur ex circumstantiis extrinsecis, aut verbis æquivocis, aut amphibologicis, per quæ præfentes fidei negationem intelligant, etsi loquentialiud significant?

R Esp. negativè. Quia ex tali responsio eadem mala sequuntur in animis audientium, idemque fidei contemptus, qui sequeretur ex simplici fidei negatione: ergò ejusmodi responsa in materia fidei debent esse graviter prohibita, propter damna gravissima inde consequentia. Hinc graviter peccaret, qui interrogatus autoritate sive publicâ, sive privatâ, diceret se esse Puritanum, etsi per hoc in animo intelligeret, se esse amatorem puritatis. Item, qui negaret se esse Papistam, intelligendo, se non esse de familia Papæ: Aut negaret se esse Catholicum Romanum, intelligendo, natum Romæ: aut qui diceret Sanctos non esse conlendos, scil. cultu divino: aut se damnare cultum imaginem, etsi per hoc, imagines dæmonum, solâ mente subaudiret.

QUÆSTIO VI. *Interrogatus de Sacerdotio.*

AN Presbyter, ut evadat periculum, possit salvâ fide negare se esse Sacerdotem aut Religiosum?

R Esp. affirmativè: quia per hoc nullo modo negat se esse Catholicum: potest enim esse

Pars 3. tract. 6. Resolutiones practicae ad Sc. 543
esse Catholicus absque ordine sacerdotali, aut
statu religioso.

QUÆSTIO VII. *Vsus carniū inter*
hæreticos.

An licitum sit Catholico, imminente gravi
periculo, vesci carnis inter hæreticos
tempore ab Ecclesia prohibito, ne ab iis pro
Catholico habeatur.

Resp. affirmativè, si incommodum aliàs in-
currendum sit notabile, non sola irrisio,
aut levis contemptus. Quia præceptum Eccle-
siae non solet obligare quando ejus observatio-
cum gravi incommodo conjuncta est. Neque
potest illa comestio prudenter haberi pro nega-
tione fidei. Satis enim constat Catholicos mul-
tis de causis uti cibis aliàs prohibitis, v. g. ra-
tione valetudinis, aut dispensationis.

Sed quid si hæreticus expressis verbis invitet
Catholicum ad esum carniū tempore prohibi-
to, ut hoc signo probet an verè sit Catholicus,
vel carnes illi apponat expressè in contemptum
præcepti Ecclesiastici?

Resp. illicitum esse tali casu vesci carnis,
etsi grave incommodum instaret: nisi Catho-
licus expressè potestetur, se cibis illis uti salvâ
suâ fide, ob valetudinem, aut alias legitimas
causas sibi cognitâs. Quia aliàs in illis circum-
stantiis comestio cibi interdicti determinatur
ad significandum defectionem à fide, & obe-
dientiâ Ecclesiae; quæ defectio ex nullo fine
aut ratione potest honestari. Utramque respon-
sionem confirmat resolutio Apostoli in casu
non dissimili, 1. ad Cor. 10. ubi interrogatus an
liceret